



SAuus inter comites Tuisconis celebriores fuit
 duodecimus, cui ob præclaras animi & corpo-
 ris dotes, Germanorū rex provinciā Vngaris & Ita-
 lis intermediā, tanquā propriam & hereditariā re-
 gendam tradidit. qui etiā moderatè res gubernans,
 post mortem magnam apud subditos sui desiderium
 reliquit, ita ut clarissimum fluuium, qui Pannoni-
 am à Mœsis separat, ab ipso duce Sauum denomi-
 narint, ut eius perpetuam memoriā semper secum
 haberent. Antiquitus enim regiones & fluuij à præ-
 stantissimis regibus & ducibus plerunq; denomi-
 nati fuerunt. Berofus.